Actum in Castro Premyslien. Sabbatho post Dominicam Iubilate proximo Anno Domini Millmo Sexcentmo Quinquagesimo Quinto 1103

24/IV.

Jezierski Krasuskim Coniugibus Cedit

Comparens personaliter Coram Offcio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Premyslien. Nobilis Adamus Jezierski olim Nobilis Danielis Jezierski filius Sanus mente et Corpore expresse atenus Decretis iuribus Iurisdictionibus Suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo. Jurisdictioni vero Castrensi Capitan. Premyslien. Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet Se cum Succes. Et Coa soribus ac bonis Suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie incorporando et Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Suo et Nobilis Constantini Jezierski fratris Sui germani nomine pro Cuius ratihabitione cauet ac se praesentibus inscribit De omni et integro iure Suo vigore Inscriptionis Castren. Capitanea. Premyslien. memorato olim Nobili Danieli Jezierski Parenti Sui Recognoscentis et fratris Sui praefati per Generosum olim Stephanum de Drzewce Bobrowski Super Summam Sexcentorum florenorum Polon. nomine debiti mutuati eis pecuniis facta et recognita et in bonis Suis propriis et haereditarijs vigore Sortis certae agri deserti in Villa Nowy Magierow Nec non Laboriosi Iwolko Luka Chmelowski possessionat ... dicto Markowskie cum horto in Villa Stary Magierow consistens in Terra et Districtu praesenti Belzen. cuiusque modo et titulo ac iure obligatorio ad Soluendum assecuratis et obligatis Nec non et ipsa Summa Sexcentorum florenorum polon. in eadem Inscriptione Obligatoria Contenta atque bonis omnibus et Singulis Superius expressis Summa praefata Sexcentorum florenorum Polonicalium oneratis post mortem vero et decessum mentionati Parentis Sui Recognitionis iure et praefatum fratrem Suum iure ducendo et naturali Successione deuolutis et reali possessione Continuatis praeuio Inscriptione eadem Obligatoria de dato Suo interius latiore Cum omnibus praemissorum Iure dominio et proprietate propinquitate Competentiaque et praerogatiua quacunque Omnibus et Singulis eiusdem Iuris Cessi et Inscriptionis praefatae Obligatoriae Conditionibus omnibus Clausulis articulis Vadio ligamentisque ac nexibus in Vniuersum Omnibus bonorum que et Summae praefatae in bonis Supradictis modo praemisso hypoteca-

Utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis Commodis obven
1104 tionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis atq[ue] praeparata Intro
missione Intuitu Erectione et huiusmodi Continuata per se Recognite
et fratrem suum bonorum praefatorum pacifica possessione Nihil ex praemissis
iuris dominii proprietatis ac Iuris sui Competentiis et praerogativis pro se
Recognite et suo fratre atq[ue] suis Successoribus aut alio quopiam reservando
Seu excipiendo verum prout ipsimet Recogniti et fratri suo germano Ri
gore Iurium ipsorum Supradictorum praemissa omnia et singula serviebant
ac eosdem concernebant Iam ex nunc et de facto Nobilibus Iacobo Paulo
Krasuski et Annae Klodnicka Coniugibus legitimis et ipsorum tum Ac-
cepta ab ipso praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione
cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus omne et
integrum ius suum et memorati fratris sui sibi ad praemissa servient
in personam eorundem Nobilium Krasuskich Coniugum Cessionariorum
Suorum et ipsorum posterorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et
incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus In
quod quidem sub Cessum Summam ac bona summa eaque onerata praesta
omnia praesentibus expressa ipse idem Recognoscens Nobilis Adamus Iezierski prae-
fatis Krasuskim Coniugibus Cessionariis suis et eorum posteris iam ex
nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromiss
et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque Compe
tentem et Nobiles duos die quacunque voluerint est opere acceptamque Per
ipsos Nobiles Krasuskie Coniuges Cessionarios suos et eorum posteros
hoc idem sub Cessum praesentem Summam ac bona summa eaque onerata prae-
missaque omnia praesentibus transfusa cum universis eorundem Utilitatibus et
Usufructibus Competentiisque et praerogativis quibusvis tenendi habendi et pos-
sidendi illisque quiete et pacifice Utifruendi ad usibusque suis et suorum
Successorum quibusvis beneplacitis libere et effectualiter convertendi praefati
Iuris originalis ea omnia tanto in se Complectentis praesentibus cessi et trans-
fusi rigore Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Ada-
mus Iezierski prout se ac suos Successores in et super bonis suis genera-
liter omnibus ac Summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis
Supradictis Nobilibus Krasuskim Coniugibus Cessionariis suis inscribit

et

et obligat praesentibus ipsos et eorum Successores in dicto Jure Cesso Sum-
ma ac bonis Summa praefata oneratis Commissisque omnibus praesentibus per se
Recognoscentem Condescensis et ratione eorundem omnium praesentibus transfu-
sorum ab omni et quavis impetitione juridica quarumcunque Personarum
Cuiuscunque Conditionis Status et Sexus praemissis existentes ex re perso-
na et nomine Sui Recognoscentis acque praefati fratris sui Suorumque Successorum
tantummodo et non altera exorienda in omni Judicio et Officio Regni sem-
per toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et elibe-
rare indemnesque eum penitus reddere Necnon hocque Jus praesens Cessum
Summam ac bona Summa eaque onerata Commissaque omnia praesentibus ces-
sa ab omnibus in genere Juribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
super eaque bona Commissaque omnia praesentibus transfusa ibidem ex re persona et
nomine Sui Recognoscentis et praefati fratris sui Suorumque Successorum tan-
tummodo et non altera cuiuis personarum factis et faciendis Cum etiam
a quibusuis Citationibus super hoc Jure Cessum Summam ac bona Sum-
ma praefata onerata praesentibus cessa importatis et importandis Fuerit denique
et pertinentis Laesionibus quibusuis in quocunque puncto et gradu
Juris dependentibus in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac
super Commissis Omnibus praesentibus transfusis perductis et perducendis emun-
dare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intronem
praefatum Coram Cessionariis admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus
condescensorum dum per Militem et Nobiles duos officiose requiretur non dene-
gare imo debebit et tenebitur eamque libere dare et effectualiter admittere
dataque et admissa eaque possessionem et usumfructum Commissorum Omnium
quovis modo tam per se quam per alias quaslibet Submissas et Subordinatas
personas non impedire nec adimere ipsosque Cessionarios Suos et ipsorum
Successores in dicto Jure cesso Summa ac bonis Summa praefata oneratis
Commissisque omnibus praesentibus cessis nullo modo inturbare Itaut hoc
idem Jus praesens Cessum Summam ac bona Summa praefata onerata
Commissaque omnia praesentibus transfusa cum omnibus eorum utilitatibus et
usufructibus idem Cessionarii Sui sub eum penitus quiete et pacifice
praesentis Inscriptionis Cessionariis Regere tenere habere et possidere
queat et possit Idque sub Vadio Summae Sexcentorum florenorum

Poloniealium per eundem Agentem illum Adamum Jezierski Suosve illius
Successores praefatis Nobilibus Krasuskim Conjugibus Consortibus Suis et illorum
posteris ob non Completionem Praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbens Nihilominus
is idem Recognoscens Nobilis Adamus Jezierski debebit et tenebitur prout
Se ac Suos Successores in et super bonis Suis generaliter omnibus ac Summis
pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefatis Nobilibus Krasuskim
Conjugibus Consortibus Suis et eorum posteris inscribit et obligat praesentibus
Supradictum Nobilem Constantinum Jezierski fratrem sui Recognoscentis
germanum vel in eventum mortis Successores illius ad approbandum per ipsum
Inscriptionem praesentem Consensualem vel similem Suo pro interesse faciendam
ad Acta quaevis authentica Regni in perpetuitatis habentia intra
decursum medii anni adducere et personaliter statuere absque ulteriori
Succumbentiis Ut praemissa debite exequatur efficere Idque sub alio simili et Seorsivo
Suo Vadio Sexcentorum florenorum Poloniealium per eundem Agentem
illum Adamum Jezierski Suosve Successores memoratis Nobilibus
Krasuskim Conjugibus Consortibus Suis aut eorum posteris ob non statuit-
ionem praefati fratris Sui germani ad exequenda praemissa pro tempore et loco Su-
poenis ex ipsis ad solvendum succumbendo Interea vero temporis
ante statuitionem praefati Nobilis Constantini Jezierski fratris Sui germani
is idem Supradictus Nobilis Adamus Jezierski Se ac Suos Successores in et
Super bonis Suis generaliter omnibus ac Summis quibusvis pecuniariis
habitis et habendis Superius recensitis Nobilibus Krasuskim Conjugibus et
eorum posteris inscribit et obligat praesentibus ipsos et eorum Successores in
dicto Jure praefato Summa ac bonis Summa exoneratis praemissisque o-
mnibus praesentibus praefatis et ratione eorundem omnium praesentibus transumi-
tionem ab omni et quavis impetitione unde quaquam cuiuscunque Personar-
cuiuscunque Conditionis status et Sexus quomodo existentium ex se per-
sona et occasione praefati fratris Sui germani et ipsius Successorum tantummo-
do et non ultra eripiendum in omni Judicio et Officio Regni semper toti-
es quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et liberare
in eorumque tam poenis reddere Idque sub alio simili Vadio Sex-

centorum

centorum Florenorum Polonical per eund. Nobilem Adamum Jezierski aut illius Successores praefatis Nobilibus Krasuskim Coniugibus vel eorum obnon tuitionem ab impedimentis quibusvis vendicis intratis Statuentes Semp. totius quotiescunque opus fuerit ad solvendum Succumbendo Proquibus quidem Vadio vel Vadys modo quovis ad solvendum succumbendo de re aliqua principali ex quovis non Completa Complendisque quovis Statutis expressis memoratus Recognoscens Nobilis Adamus Jezierski vel Illius Successores ad instantiam praenominatorum Nobilium Jacobi Pauli Krasuski et Annae Ziodricka Coniugum legitimorum Conservandorum suorum et ipsorum Successorum Actis Officium praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Citatione Regestri Suspratto quo ad indenda pro ceat mediante Semp. in primo facto termino tanquam peremptorio nostrae comparere videre vadia praefata luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne vadiatum pati debebit et tenebitur Seque Suos Successores ad eaque omnia obligat Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusque termini Semper peremptorios vera infirmitate pro nacon minio cunctate Successionum legum intracel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Curtorem vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non deferendo ad quietationem Caetera Ultra praesentes Officii praefati Castrensis Premisliensis Terminos delaceras Libri non recipiendo Nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones facienda admissa omnia potius Simplicibus vel duplicatis evasionibus Suspensionibus fatalys rimis praetendere Tribunali bello Conventionesque ac alys quibusvis remedys et defensis non subterfugiendo neminidoratio quorum cadendo Haec sub praesenti personali Recognitione ad Acta ora mediante

Krasuski Consorti suae Tenetur 50

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Jacobus Paulus Krasuski Sanus mente et corpore exemptus ab Terris Districtibus rimibus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens